ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 29r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



fabule · ornat metrorum genera / Similes illi
videtur esse Boetius / qui mirabat non
esse mirandum / Sed non hoc Boetio impu
tamus · magno tum philosopho / tum poete
qd' ipsi senserunt / Sed aliam illi fuisse metem
existimamus / de qua nunc dicere longum
esset / Ad hieronimum venio / Cumque optare
qui nunc omnes sequi vestigia / Sic enim
eloquentia uteq; sanctimonia cuncti eemus
periti / Quid opus est illum obiurare / qui
postiq; gentilia studia perlustratus est
omnia · tum demum verberibus affectum se
dixit · fecit me iudice / hoc in negotio · sicut
in re familiari proverbium est florentinorum
sic illi aiunt / Cum domum undique oppleveris
tuam / ut recte vivas memento / Statet
hic undique poetarum dictis / Nec versus e
ipsi; eius / qui non tullianam redoleat elo
quentiam · quamvis et Ciceronem et seculares
quosque rodices abnegaverit / Sic de retis
ecclie doctoribus dicerem / quorum facundia
que nuta fuisset / aliqui illustraverunt
poete · Nec mirum Cum ductor christiani
exercitus / et orator invictus Apostolus paulus
poetarum volumina perlegerit / quorum versus
in epistolis eius inserti repiunt / Nam qd'
ad titum scribit / hieronimo teste / Cretenses
semper mendaces · male bestie · ventris
pigri / versiculus est Epymenidis poete
Alibi quoq; menandri senarium posuit / Cor
rumpunt mores bonos confabulationes male ·
Nec mirum · si apud latinum metrum non stetit